



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 113. Corona Bohemiæ Duci Bavarïæ oblata, ab eo tamen non acceptata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

ad Regni gubernacula admittere recusa-
bant, caussati, infantem sibi metip-
sibus regendo imparem, multo minus aliorum.
Regimini utilem fore, præcipue talis na-
tionis, uti esset Bohemica, utpote cui im-
perare res summe ardua foret.

Sæcul. XV.
A.C 1440.

§. CXIII.

*Corona Bohemica Duci Bavaricæ obla-
ta, ab eo tamen non acceptata.*

Quam ob rem Bohemi Alberto Bava-
riæ Duci sceptrum offerebant, qui
tamen, ne novis sese curis oneraret, eam
recusavit, dicens, cum Regis Alberti so-
boles extet, indecorum esse cum alterius in-
juria Regnum quærere, paternamque hære-
ditatem nulli auferendam, eosque instan-
ter hortabatur, ut Ladislaum in Re-
gem suum eligerent. Bohemi, postquam
ab Alberto Bayaro repulsam tulerant,
Fridericum Cæsarem adibant, supplices,
ut vel tutoris, vel nomine proprio Re-
gnum acciperet. Hic vero iis auctor
fuit, ut Mainardum & Petarsconem, us-
que ad legitimam Ladislai ætatem, in
Generales Regni Gubernatores eligerent,
quorum primus Catholicarum partium
defensor, alter vero Rochisanæ amicus
erat. Inde vero multæ, maximæque
exortæ sunt turbæ.

Æn. Sylv.
Europ. c. I.
Idem hist.
Boh. c. 57.
Bonfin. 3.
dec. 4.

§. CXV.